Quelle: http://manuscripta.at/?ID=42092
Copyright: Bozen/Bolzano, Museumsverein (Depot im Stadtmuseum)

Finita Letania ꝑ ꝑ se sacros uestib' sollempnib' ai mi
nistris suis. et in tim illuminent Cerei neophitor. ⁊ lumi
naria ecclie de igne sacrato. ⁊ cantor incipiat admissam.
Kyrie leyson. Gloria in excelsis deo. Dominus uob.
Et cum spiritu tuo. Oremus. Deus qui hanc sacratissimam
noctem gloria dnice resurrectionis illustras. conserua in noua
familie tue pgenie adoptionis spiritum quem dedisti. ut corpore
et mente renouati. puram tibi exhibeamus seruitutem. Pe.
Ad Colosenses.
Fratres. Si conresurrexistis cum xpo. q sur
sum sunt quere. ubi xps est in dextera dei sedens. q sur sum sapite.
non q sup terram. Mortui enim estis. et uita uestra abscondita
est. cum xpo in deo. Cum autem xps apparuerit uita uestra. tunc
et uos apparebitis. cum ipso in gloria. Tunc duo cantores cantent.
Iam domus oratis reddit laudes pascha cum xpo ad est fauete cum ca
nentes. Tunc alii duo cantores cantent. Aleluia. tunc
chor' repetat Alla. Postea cantores. v. Confitemini domino
quoniam bonus quoniam in seculum misericordia eius.
Tunc sequit Epistola. Laudate dominum. Sedm matthym
Vespere autem sabbati que lucescit in prima sabbati. ue
nit maria magdalene et altera maria. uidere sepul
chrum. Et ecce terre motus factus est magnus. angelus enim dni
descendit de celo. et accedens reuoluit lapidem. et sedebat super
eum. Erat autem aspectus eius sicut fulgur. uestimenta eius sicut nix.
Prae timore autem eius exterriti sunt custodes. et facti sunt uelut mor
tui. Respondens autem angelus dixit mulieribus. Nolite timere. Scio
enim. quod iesum quaritis qui crucifixus est. Non est hic. Surrexit enim sicut
dixit. Venite et uidete locum. ubi positus erat dominus. Et ito cum